

**www.e-rara.ch**

**Marsilii Ficini ... de religione christiana opus plane divinum et huic nostro seculo pernecessarium**

**Ficinus, Marsilius  
Guillard.**

**Parisiis, 1559**

**ETH-Bibliothek Zürich**

Shelf Mark: Rar 8004

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-32312>

Capitulum V.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

DE RELIGIONE

ter, eiusque discipuli præceperunt.

*Discipuli Christi neminem deceperunt.*

*Capitulum V.*

**S**I discipuli Christi, decipiendi humani generis gratia figmentum introducere cogitauissent, rationem certè facilioris persuasionis aliquam habuissent. Còtrà verò fecerunt. aggressi sunt enim rem tum ad credendum, tum ad obseruandum omnium difficillimam. Adde quòd modis etiam difficillimis, si tempora, loca, personasque consideras. In temporibus scilicet eruditis, in vrbibus amplissimis, plenisque omnium doctrinarum: aduersum potentes principisque, & doctos, & multos, cum ipsi debilissimi essent, omnium rerum egeni, rudes ab initio, & paucissimi. Vndecim enim Christus reliquit apostolos: duo verò illi, & septuaginta Christi discipuli, ab apostolis regebantur. Audire licet Paulum Corinthiis ita dicentem. Videte vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit deus, vt còfundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret. Non igitur finxisse credèdi sunt: præsertim quia summa inter se bonorum morum opinionumque còcordia, fortiter vsque ad finem in re maximè omnium  
ardua

*1. Corin. I.*

ardua perseverauerūt. Alioquin nihil obtinuis-  
 sent, neque præmium tanti laboris ullum in hac  
 vita vel ipsi percipiebāt expectabantve, vel po-  
 pulis pollicebantur. Atque hoc est quod inquit 1. Corin. 15.  
 sanctus Paulus: Si in hac vita tantum speramus  
 in Christo, miserabiliores sumus cunctis homi-  
 nibus. Sæpe prædicebant se morituros pro fi-  
 de: & postea vniuersos qui eorum disciplinam  
 secuti essent, acerbæ & nephandæ passuros: vt o-  
 mittam quod abiiciebant quæcunque haben-  
 tur a mortalibus bonæ, abiiciq̃ue iuebant. Ne-  
 que in angulis susurrabant: sed palàm vulgo suâ  
 doctrinam audacter disseminabant. Siquidem  
 Paulus etiam catena collū vinctus publicè præ-  
 dicabant. Vnde scribit ad Philippenses, Quæ cir- Phili. 2. 6.  
 ca me sunt, magis ad profectum venerunt euan-  
 gelij: vt vincula mea manifesta fierent in Chri-  
 sto Iesu in omni prætorio, & in cæteris omni-  
 bus. Et alibi etiam ait euangelium prædicatum Coloss. 1.  
 fuisse omni creaturæ quæ sub cælo est. Rursus  
 in actibus Apostolorum, Nihil horum in angu- Act. 26. 5.  
 lis gestum est. Sic enim Christus præcepit disci-  
 pulis suis in euangelio Matthæi & Lucæ. Quod Matth. 10.  
 dico vobis in tenebris, &c. Credebant igitur illi Luc. 12.  
 se vera hominibus prædicare: immo certè quod  
 prædicabant, intelligebant. Hinc illud Petri. Pa- 1. Pet. 3.  
 rati semper estote ad satisfactionem omni poscen-  
 ti a vobis rationem de ea quæ in vobis est spe &  
 fide. Hinc illud Pauli ad Corinthios. Ego sic 1. Cor. 9.  
 curro, non quasi in incertum: sic pugno non qua-

DE RELIGIONE

1. Tim. 4. c.

si aërem verberans: sed castigo corpus meum, & in seruitutē redigo: ne fortè cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Hinc Paulus & Apollo vbique cum doctis de Christi mysteriis differentes, prophetarum volumina in medium adducebant. Iubet sæpe Paulus discipulos suos, præcipuè sacerdotes, profundæ prophetarum intelligentiæ diligenter incumbere. Credebant igitur, intelligebâtque, vt dixi, quod prædicabant. Alioquin pro disciplinæ illius assertione nequaquam tam intrepidè, tam libenter se cõtinuis laboribus, periculis, verberibus, & certæ morti supposuissent. Paulus pro Christi gloria annos septem atque triginta, supra quàm credi possit, vsque ad extremum spiritũ omni afflictionum genere continuè laborauit. Laborauit tempus idem & Petrus: laborauit Ioannes euãgelista annos octo & sexaginta, ceterique per omnem vitam similiter.

*Quo animo Christi discipuli laborabant. Capitulum VI.*

Rom. 8.

Psal. 43.

**Q**uo autem animo Christi discipuli laborabant, declarat Paulus in epistola ad Romanos. Quis, inquit, nos separabit a charitate christi tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculũ? an gladius. sicut scriptum est. Quia propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oves occisionis. Cer-

tus